



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

cxxxii. Ad dilacerationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

cephalici compositio hæc recipit. Dulcis
olei trientem, bituminis, ceræ, picis aridæ,
singulorum felibram, spumæ, argentis
scrupulos binos: cerusæ, scrupulos quatuor &
semis: thuris, aloe, myrræ, singulorum
sextulam: opij, mandragoræ pomorum
succi, singulas sextulas: aluminis scissi-
lis, atramenti futorij, chalcitidis, croci,
singulorum sextulam: aceti quod satis est:
quæ liquari possunt, liquato & inspergito
aridis contusis & cibratis. quæ vbi sub-
egeris reposito, & cum usus necessitas re-
quiret, ex rosaceo dissolutum plagæ indito.

Ad dilacerationem.

Si accipitris ventrem grus vnguis la-
cerauerit, & pellem illius diruperit, ita
curabis. confestim ipsum recipito, consuito
plagam acicula tenui filum ducente, & di-
stractam pellem coniungito, deinde cor-
ticis quercini cinerem ex oleo dulci sub-
actum inspergito. columbinum simum
oleo & vino permistum in pastilli formam
redactum super plagam imponito, non
aberrabis ab optima curatione.

Aliud remedium.

Consuito id quod discissum est: deinde

symphytum cum sarcocolla mistum imponito, & paucis diebus auem sanā facies: seu sarcocollam bene mollitam, tunsam cum sanguine gallinæ nuper occisæ impo-
nito, & cito sanaueris.

Ad plagam aut rupturam accipitryis.

Si acciderit accipitrem confringi, cum fertur in cornicem aut perdicem, ita curato. reum Ponticum tritum ex vino ve-
teri ipsi dabis.

Ad detractam pellem.

Si accipitri pellis detracta sit ab aue quam insectatur, is qui eum emisit, super ipsum lotium faciat, & confessim leuabitur plagæ dolor. Quod si à grue, aut alia quapiam aue percussus fuerit, injice intra fissuram suillum adipem, & ita con-
suito, & inspergito resinam aridam, & ferream scobem, quæ decidit in officina fabrili.

*Si accipiter ictus fuerit, dum contendit
cum auibus.*

GLABRV M facito locum, vbi ictus sit,
domesticæ vitis sarmenta comburito,
&